(1)

128 1

IN OBITUM
Ornatiſſimi Viri,

D. *Georgii Campbelli,*

S. S. Theologiæ Profeſſoris apud

EDINBURGENSES,

EPICEDIUM.

MUSA gemens hæret, [nil mirum] dira Verendi
Campbelli Threnis Fata notare ſuis.
Scotia, quanta tibi vix vix reparanda peric'la,
Damnaque, Vaticinans hæc *Libitina* tulit.
Hunc *Deus* ante alios præclaris Dotibus unum
Largiter ornavit, *Caſtalideſq;* ſuis.
Doctrinæ omnigenæ, ſaliens puteuſq; profundus,
Ritè tenebrum, [illegible]
Se nil ſcire tamen, nimium [ſin *Sphalma*] modeſtus,
Mordicus uſq; tenens: aſt erat abſq; pari.
Tullius ore fuit, fuit & *Demoſthenes* alter,
Verbo uno prægnans hic *Polyglottus* erat.
Abſq; modo gnavus, ſibi dirus, ſtamina Vitæ
Præcidit, fabricans *Organa* grata *Deo*.
Moribus Urbanus, prudens, ſine Felleq; mitis,
Approbus, ac humilis, ſuavis, & uſq; gravis.
Proh! nunc defuncto miro hoc *Doctore*, Juventæ
Lugeat orbatam tota *Corona* Scholam.
Ægidiana Domus, tota *Edinum*q; gemiſcat,
Cumbertiam, dignum non moriente *Cedro*.
Qui legis hos *Threnos*, hæc invida Fata querentes,
Ut Conjux *Phineæ*, publica damna dole.

EPITAPHIUM.

VIR *ſanctus, Præcoq; ſolers, doctusq; Profeſſor,*
Si dubitas, rogita Compita, Templa, Scholæ.